



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 215. Henrici V. Angliæ Regis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV. conuentum in Regia, quæ *Lupara* dici-  
A.C. 1422. tur, ibique ipse, ejusque conjux coronam  
 Regni acceperunt. Hæc dum Parisiis  
 aguntur, Delphinus Conam urbem ad  
 Ligerim sitam obsidet, quæ diu hostium  
 impetus fortiter sustinens, tandem de-  
 ditionem pacta est, ea tamen lege, ni-  
 si intra præfixum temporis spatium op-  
 portunæ advenirent suppeditiæ; Burgundus  
 re comperta, quotquot potuit, milites coe-  
 git, opemque obsessis tulit; Delphinus  
 vero cognito Ducis adventu obsidio-  
 nem solvit.

## §. CCXV.

*Henrici V. Angliæ Regis obitus.*

*Polyd. Virg.* Die, quo Burgundus castra movebat,  
lib. 22. Rex Angliæ nulla adversæ suæ va-  
*Harpsfeld.* letudinis ratione habita, prælii discrimen  
Sæcul. 15. c. 4. imminere suspicatus, Conam lectica ve-  
 hitur; Morbo autem magis ingravescen-  
 te Meloduni subsistere cogitur, inde cum  
 mali vis nonnihil remitteret, Vincenam  
 defertur, ubi, si Juvenali Ursino fides,  
 die ultima Augusti, vel juxta alios, vi-  
 gesima octava ejusdem Mensis, satis  
 functus est, anno ætatis suæ trigesimo  
 sexto, regni autem nono cum dimidio.  
 Corpus ejus comitatu funebri Vincena ad  
 oppidum S. Dionysii perhonorifice dela-  
 tum, ibidem repositum est, donec in  
 Angliam.

Angliam transportaretur, Westmonaste<sup>s</sup> Sæcul. XV.  
rii Regum tumulo inferendum. Henr- A.C.1422.  
cum Regem magnanimitate, fortitudi-  
ne, prudentia, ac militaris scientiæ lau-  
de præstantissimum fuisse, nemo unus in-  
ficiari audet; Ast minor in eo ambitio,  
& majus pacis studium desiderabatur.  
Unicum duntaxat post se reliquit unius  
anni Filium, Henricum nomine, cuius e-  
ducationem Wintoniensi Cardinali Patruo  
suo Rex morti proximus commenda-  
vit, qui & illum in Anglia optimis mo-  
ribus instituit. Regni hujus administra-  
tio Glocestriæ Duci Regis fratri deman-  
data est, Galliam vero gubernavit Joa-  
nes de Bedfordia alter Henrici frater,  
quem summis precibus obtestabatur, ut  
Burgundiæ Ducis partes pro viribus tue-  
retur, nec unquam, nisi prius Norma-  
nia cum pleno dominio Anglis asserta  
esset, pacem cum Delphino iniret, nec  
etiam eos, qui in prælio ad Azincourtum  
capti fuerant, libertati restitueret, prius-  
quam Henricus ejus filius pubertatis an-  
nos attigisset.

§. CCXVI.

*Caroli VI. Galliarum Regis  
extrema.*

Haud diu Anglo vita superstes erat Ca-  
rolus VI. Francorum Rex, quippe die  
vigesi-